

to del dicho Concilio, y de lo ordenado en el será necesario, y Nos tendremos particular cuenta y cuidado de saber y entender como lo susodicho se guarde, cumpla y execute, para que en negocio que tanto importa al servicio de Dios y bien de su Iglesia, no haya descuido ni negligencia. Dada en la Villa de Madrid &c.)

CONCILIIUM EPISCOPALE, Diœcesanum, seu Synodale.

Vide verb. Synodus.

CONCIONATOR.

Vide verb. Prædicator per tot.

CONCORDATA QUOAD BENEFICIA.

Vide verb. Beneficia art. 11. per tot.

CONCUBINARIUS, CONCUBINATUS.

Vide verb. Absolutio, art. 2. à num. 11. verb. Luxuria num. 7. & verb. Poena art. 2. à num. 74. ad 81.

CONCURSUS.

SUMMARIUM.

- 1. Concursus, ut legitime, & canonice fiat, servanda est dispositio sacrorum canonum, & apostolicarum constitutionum, & decretorum, & signanter dispositio Concilii Tridentini, Sancti Pii V. & Clementis XI.
2. Affertur dispositio Concilii Tridentini.
3. Affertur dispositio Sancti Pii V.
4. Datur dispositio Clementis XI.
5. Affertur compendiose noviss. dispos. Bened. XIV.

Quia concursus ad parochiales debet omnino fieri juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. 24. c. 18. & juxta dispositionem constitutionis Sancti Pii V. incipiens. In conferendis: ut ab omnibus in promptu, & præ oculis semper tamquam regula habeatur, utraque ipsa dispositio hic ad litteram in primis adducitur.

Expedi maxime (sunt præcisa verba Concilii loc. cit.) Expedi maxime animarum saluti à dignis, atque idoneis parochis gubernari: id ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit Sancta Synodus, ut parochiales ecclesie vacatio, etiamsi cura ecclesie, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures ad ministraretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocumque contingit, etiamsi ipsa parochialis ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesie, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur: Porro Episcopus, & qui Jus patronatus habet, intra de-

cem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinadoribus nominet: liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio; & si Episcopo, aut synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari: transacto constituto tempore omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinadoribus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur; examinadores autem singulis annis in diœcesana synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui synodo satisfaciant, & ab ea probentur; advenienteque vacatione &c. Reliqua brevitate gratia vid. in d. cap. 18.

In conferendis (sunt præcisa verba dicte constitutionis S. Pii V.) in conferendis beneficiis ecclesiasticis, & præsertim parochialibus ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quantum diligentiam adhiberi oporteat, Alexand. III. in Lateranensi, & Gregorii X. in Lugdunensi Generalibus Conciliis, Innocent. similiter III. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur; quod ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione parochialis ecclesie, etiam generaliter, & specialiter, etiam vigore indulti in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliis quomodolibet reservatæ, vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis ecclesie, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur: & deinde Episcopus, & qui Jus patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos Clericos ad regendam ecclesiam idoneos, examinadores juxta formam ejusdem synodi deputatis, nominet, & non nisi eisdem examinadoribus per concursum aliorum examinadorum, etiam tamquam magis idoneo ab Episcopo judicato, & electo de ecclesia provideatur, aliis provisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, subreptitæ censentur. Sed quoniam res humana semper in deterius prolabantur, nisi sit, qui eas retineat, ac debite executioni demandet, & verendum sit, ne propter constitutionum hujusmodi transgressionem maximi abusus oriantur; Nos ad quorum notitiam non sine gravi molestia pervenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, occurrente vacatione paroch. ecclesiarum, eas nullo, aut minus rite servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Conc. Trident. vel etiam examine rite servato, personis minus dignis, carnalitatibus, aut aliæ humane passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse, & de eis providisse; volentes quantum cum Deo possumus, hujusmodi, atque etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones prælatas etiam innovando, auctoritate apostolica tenore presentium omnino, & singulas collationes, provisiones, institutiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis collatoribus, tam Ordinariis, quam Delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter, & contra formam ab eodem Concilio Tridentino præsertim in examine per concursum faciendæ præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque provisum jus, aut titulum, etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales ecclesias hujusmodi, quæ vacabant, ex tunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes eorum, quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui

qui curam dicti examinis juxta decretum ejusdem Concilii habere debent, competet, dispositioni reservamus; insuper ne parochiales ecclesie diu in suspensio maneat, in maximum animarum periculum, quarumcumque parochialium ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, & Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, & quosvis alios Ordinarios Collatores in mensibus Ordinarii collatoribus, etiam per nostras regulas assignatis, provisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus eisdem Episcopi, & Ordinarii intra sex mensium spatium à die vacationis eorundem per se examine juxta formam Concilii Tridentini prælatam non providerint, ad illarum etiam, quarum collationes Nobis, & dicte Sedi generaliter, vel specialiter ex quavis causa reservatæ, seu affectæ existunt, aut aliis, ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas, pro examine concursu mutuo habito, juxta dicti Concilii Trident. formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas Nobis vel Successoribus nostris, aut iis; ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significaverint, nec non parochialium ecclesiarum similium, quæ Jurispatronatus ecclesiastici, vel laicorum, vel clericorum, & laicorum similium fuerint, si presentibus intra tempus eisdem patronis à jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus petatur institui, institutioneque ipsa per duos menses à die presentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem Nobis, & ipsi Sedi ac personis indulta hujusmodi conferendi providendi, ac instituendi obtinentibus respective reservamus, data tamen in parochialibus juris patronatus optioe ipsius patroni, cui si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentiibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam: prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & Patronis, ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis examinadoribus præfixum, ultra alios duodecim dies prorogare audeant, vel presument. Distinctius inhibentes, ne quis præter Roman. Pontific. aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis, ut præfertur, disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliis innovare quoquo modo presumat. Ut autem non solum dignis, sed magis idoneis reperitis juxta ejusdem Concilii decretum parochiales ecclesie conferantur, volumus & eadem auctoritate declaramus, quod si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorum Ordinarium sui nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, & neque examinadoribus provocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis debite demandetur executioni, & provisus ab eadem ecclesia causa appellationis hujusmodi pendente non amoveatur. Et si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit; si secus in præmissis omnibus, & singulis actum, & attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem, quod presentium

transumptis manu alicujus Notarii &c." Datum Romæ anno ab Incarnat. Domini. 1566. 15. Kal. April.
Epistola encyclica methodum, ac normam præscribens observandam ab omnibus Episcopis, aliisque Prælati facultatem habentibus indicendi concursum ad parochiales ecclesias in examine, sive concursu ad easdem ecclesias, quoties earum vacatio contigerit, instituendo.
Reverendissime Domine uti Frater. Quo parochiales ecclesie dignioribus personis gubernandæ tradentur, statuit, ut notum est, Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 24. c. 18. ut vacante ecclesia parochiali, indiceretur, & fieret concursus, ac postquam concurrerent ab Episcopo, vel ejus Vicario generali, atque ab examinadoribus synodalibus saltem tribus examinati, & approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam necessariis, & opportunis, digniore ceteris, magisque idoneum judicaret; adjectique ad hanc Concilii sanctionem validius confirmandam, re, & nomine Sanctissimus Pontifex Pius V. quod si unquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti essent, à mala ejusmodi electione ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad viciniorum Ordinarium, ut Sedis Apostolicæ delegatum appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, & ejus examinadoribus provocare, ea tamen cautione, ut appellatio non in suspensivo, sed in devolutivo esse deberet; quemadmodum in ejus constitutione, quæ trigesima tertia est, latius cavetur; consulendo, quod constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochialis ecclesia magis idoneo conferatur.
Cum autem neque Concilii decreto, neque Pontificis bulla examinis in concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris servanda proponatur; difficile dictum est, quanta examinum aliorum alibi diversitas extiterit; atque hinc occasio querelarum; nam alicubi cum non eadem omnibus questiones, non eisdem casus propositi fuissent; erant identidem, qui vel in iudicio, vel extra conquerebantur; sibi quidem propositis difficiliore, præelecto autem faciliore ad solvendum questiones obtigisse; alibi vero eadem quidem omnibus questiones propositæ fuerunt, sed neque hæc, neque datæ à concurrentibus responsiones scripto, seu litteris consignabatur. Cumque postmodum nec raro contingeret, ut è postpositis quispiam iure bullæ supra dictæ novum ad examen coram iudice appellationis, & ejusque examinadoribus electum provocaret, Sac. Congreg. usque ab anno 1603. considerans gravamen non valia ratione quam novo examine probari posse; provocationem ad novum examen censuit admittendam gravamine necdum probato, & requisitis tantummodo probationibus in subsequenti iudicio, in quo probato per novum examen appellationis gravamine quoad doctrinam, probanda superest ejusdem præ jam electo in reliquis ad regendam ecclesiam requisitis præstantia, ut de majori alterutrius ad parochialis ecclesie gubernium idoneitate sententia fieri possit, cum non continuo, si quis est doctior, is etiam aptior, seu magis idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam habendus sit. Quam Sacræ Congregationis sententiam scriptores, & tribunaalia laudarunt. Aliis demum in diœcesibus laudabilis invaluit consuetudo, ut eadem omnibus questiones, eisdemque casus proponantur; ac (ne qua detur ansa Cancellario quidquam suo Marte addendi, minuendi, mutandi) ut ipsimet concurrentes quæ interrogati fuerint, quæque responderint, sua manu perscribant; atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenere, Sacræ deinde Congregationi etiam natque etiam considerandam reliquerunt, his, qui sic examinati essent, atque postpositi, imposterum ut solent, appellantis, indulgenda nec ne statim electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis prærequisita probatione videretur, cum isti ex actis primi examinis gravamen doctrinæ facile aliquoquin probare possent; quod alii aliter nimirum examinati probare, nisi

secundo, seu novo examine non poterant. Nec defuere illi probitatis, ac perite in administrandis diu ecclesiis laude prestantis, qui monerent, frænum aliquod hujusmodi appellatum licentiæ tandem injiciendum, eorumque jam nimis crebas novum ad examen provocaciones esse reprimendas; quippe quæ vis unquam sine magno ecclesiarum damno contingunt. Nam cum novum examen coram iudice appellationis longe procul à parochia peragendum sit, electus ab Episcopo, qui provocatur, parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere, eamque Œconomio, vel Vicario curiam veluti sponsam ignotis custodibus relinquere, sponso non parumper, sed diu sane abfurto, dum neque implicita, ut fit, lite, terna etiam, vel quaternaria, ex aliis examinanda super præstantia primùm doctrinam, tum deinde aliorum, quæ ad interrogandam idoneitate oportuna sunt, contentiose multiplicentur, & commode, ne dicam otiose, transigantur, antequam deliberari possit utri concurrentium parochia sit adjudicanda.

Ad tollendam ejusmodi non minus querelam, quam incommodorum occasionem, Sac. Congr. Conc. Trid. interpretes, postquam rem omnem à capite repetitam in gemina sessione prima Octob. & 16. Novemb. 1720. summo studio recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annuente, statuit (quod per præsentis literas encyclicas exequitur) omnes, & singulos Episcopos, aliosque Prælatos, penes quos sit jus, & auctoritas faciendi concursus, hortari, ut examen ejusmodi instituere non graventur, quale jam & multe dioceses, & Urbis ipse observat, atque Apostolica etiam Dataria postulat, sive cum, Sede vacante, vacat ecclesia aliqua parochialis, cujus collatio ad Sedem Apostolicam pertinet, sive cum vacat parochialis aliqua, ut dicitur juxta decretum, sive demum cum, vacante in collegiatis; aut cathedralibus ecclesiis dignitate aliqua majori, annexam habente curam animarum, faciendus est concursus, atque ad Apostolicam Datariam transmittendus, nisi notum est, atque in literis, quæ de ordine Sanctissimi tunc è Dataria procedunt, clare præscribitur.

Vacante itaque ecclesia parochiali, quæ conferenda sit per concursum, atque hoc solitis formulis indicio, hæc quæ sequuntur ex Sac. Congreg. sententia, consilio, suasionem servanda proponuntur.

Primum nempe, ut assignentur eadem omnibus concurrentibus questiones, fidem casus, idemque textus evangelii, super quo sermonis aliquod præscribant, ad probandum dicendi pro concione facultatem.

Alium, ut casus, & questiones resolvendæ dicentur omnibus pariter eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus evangelii tradatur.

Tertium, ut certum idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant, questionibus respondeant, concinisculam componant.

Quartum, ut eodem concurrentes omnes in conclaustrum claudantur, unde quamdiu scribent (dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egredi, neque alius quispiam eo ingredi possit, nisi postquam scripta confecerint, & exhibuerint.

Quintum, ut omnes sua quisque manu tum responsa, tum sermonem scribant, subscriptantque.

Sextum, ut responsa quidem latine, sermo autem sua, qua ad populum haberi solet, lingua scribantur.

Postremum, ut unumquodque responsum, & unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, atque à Cancellario concursus, verum etiam ab examinantibus, & ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui concursu interfuerint, subscribatur.

Peracto secundum hanc formulam concursu, collatioque ei, qui magis idoneus, ac dignior iudicatus fuerit, ecclesia parochiali, non admittatur appellatio, aut mala relatione examinatur, aut ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi intra decem dies à die collationis interponatur.

Si quis autem hoc infra spatium appellaverit, ac itaque concursus petat ad iudicem appellationis transferenda; mittantur vel acta ipsa originalia concursus

clausa, & obsignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum à Cancellario concursus, atque altero Notario collatum, & auscultatum coram Vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi electio perinebit, nec non ab examinantibus synodalibus, qui concursu interfuerint, subscriptum. Ex quibus actis, vel authentico exemplo, nisi gravamen quoddam doctrinam probet is, qui sic, ut præmittitur, examinatus, aut à mala relatione examinaturum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem à Sac. Congr. frustra postulabit.

Quemadmodum, & in iudicio appellationis persequi jus suum frustra tentabit is, qui forte se gravatum dolat quoad reliqua, nisi interposita mature, ut dictum est, appellatione ab irrationabili iudicio Episcopi, gravamen quoddam illa ostenderit, vel ex actis primi concursus, vel saltem ex attestantibus, & documentis extrajudicialibus etiam, sed non levis.

Atque ita quidem sensit Sac. Congr. & Sanctissimus assensit. At si quis tamen Ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, concurrentium examina instituere perrexit, perget & Sacra ipsa Congress. more pristino appellantis, qui se gravatos dixerit, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Interim tamen ne harum literarum memoria dilabatur, vult eadem Sac. Congr. eas in unum usque Ordinarii Cancellaria perpetuo conservari. Cujus interea consilium, tum voluntatem, dum ego omnibus significo, amplitudini tuæ fausta omnia à celo precor. Romæ hæc die 10. Januar. 1721.

Ubi Frater P. M. Card. Corradinus Præfatus. P. Lambertinus Secretarius.

Quoad concursum parochialium attendenda est novissima constitutio. Benedic. XIV. incip. Cum illud: in qua inter alia præscribit, quod examinatores non solum attendant in concurrentibus doctrinam peritam, sed etiam inquirent, qui præ aliis ætate, prudentia, probitate morum, præstito antea ecclesie servitio, ceterisque dotibus ad officium parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, & commendabiles. Et ne ab examinantibus ignorari possint supradictæ qualitates, præcipit quod concurrentes ante concursum intra terminum ab Episcopo assignatum, coram Cancellario episcopali, vel alteri ab Episcopo deputando, suarum qualitatium, meritorum, & munerum probationes, attestaciones, tam judiciales, quam extrajudiciales, aliaque id genus documenta, quæ fraude vacent, exhibeant; alioquin dicto termino elapso, documenta hujusmodi quæcumque, & qualicumque ea sint, nullatenus recipiantur. Et eveniente die concursus à Cancellario episcopali singulorum merita, qualitates requisitæ, ut vocant, incorrupta fide depromptæ à iuribus tempore habili exhibitis, in scriptis summam redigantur, & copia epitomes tradatur non solum Episcopo, vel Vicario generali vices illius obeunti, sed sigillatim omnibus Examinantibus ad concursum adscitis, ut tum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regendæ ecclesie necessariis dotibus ferant iudicium. Absoluto concursu, notula compendiaria requisitorum antea distributa, tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes Acta custodiat, & nemini ostendat, nisi mandato Episcopi. Et demum circa beneficia sanctæ Sedis reservata, mandat quod ipsis vacantibus concursus semper ab Episcopo indicatur, & absolutio concursus, si res sit de beneficiis curatis, qua tantum ratione mensium reservata sint, Episcopus inter approbatos eligat magis idoneum, & Datarie significet, nec acta concursus transmittat, nisi à Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta beneficia, quibus cura imminet animarum, ex alio quovis capite, quam mensium apostolicorum, sanctæ Sedis reservata sint. Eo sane casu veteri non immutato more absteat Episcopus à ferendo digniori iudicio, & acta concursus ultra Datarie exhibeat.

Licet tamen Ordinarius pro suo arbitrio, familiaribus literis Datario scriptis, eidem denuntiare personam, quam censent regendæ ecclesie magis idoneam, eundemque

que commone, an occulta aliqua, & in actis juste recitata subsit causa, quæ cupiam obstat ad beneficium curatum obtinendum. (Vide verb. Beneficium.)

ARTICULUS PRIMUS.

Ad quem spectet edicere, ac facere concursus, & quanam debeant, & possint ad illum admitti.

SUMMARIUM.

- 1. **E**ditum concursum ad Episcopum spectat: quid, si adit Vicarius generalis sibi Roma missum, aut si Vicarius Apostolicus: que huiusmodi competant, si Episcopus à jurisdictione fuerit suspensus, ad num. 4.
 - 2. **E**dita, si collatio ad prælatos pertinet inferiores, distinctio territoriorum non habentes, à quo publicanda, & coram quibus concursus celebrabitur: cui est collatio faciendæ: Abbas seu commendatarius, vel alius inferior prælatus an concursus & examen instituere possint: quod si omnimodam habent jurisdictionem quasi Episcopalem, manutendens Episcopus: que observanda pestis occasione, ad num. 13.
 - 3. **P**roponendo concursus, an possit Episcopus recitari: appellatio an interponi, & in quem effectum admittenda: que facultates Vicario generali competant, impeditio, aut non, Episcopi: que Vicario capitulari in singulis vacantibus an requiratur iterari concursus, examen, & approbationem: quod debent esse examinatores, ad num. 26.
 - 4. **A**d quem collatio parochialis assignet: quod discrimen inter Capitulum, & ejus Vicarium in prædictis: an parochiali vacante, possit dari in commendam: circa hoc quid à Concilio Tridentino declaratum, & præcepit, ad num. 32.
 - 5. **Q**ui ad concursum admittendi: qui preferendi: eo quod Regularium admittio prohibetur, variae declarationes ad id referuntur: an dispensatione apostolica capaces existant: que observantia in parochiis subjectivæ ipsorum monasterio utilis: Religiosi ad tale exercitium deputati, si remouentur, an reclamare valeant: quos fructus acquirant, ad num. 61.
 - 6. **A**lia ad rem, cessante, & additiones inseruntur, ad num. 71.
- C**onkursus edicere spectat ad Episcopum, seu Ordinarium; Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 18. de reformis. Sanctus Pius V. trid. const. incip. In conferendis: & pluries declaravit Sac. Congr. Conc. ut infra patebit. Episcopus tamen non potest solus facere concursus, quando habet Vicarium generalem sibi Roma missum, sed assistere debet etiam Vicarius, qui procurabit, ut omnia canonice fiant; Sac. Congr. Conc. in Narniens. 2. Octobr. 1655. Et si Vicarius sit apostolicus, ad ipsum solum, non ad Episcopum pertinet facere concursus, sicut & synodus, & declarat magis idoneum, quia Episcopus non habet nisi administrationem Ordinis; Sacra Congregatio Concilii in Lycten. 9. Jun. 1608. & in Birsion. 16. Maii 1653. Immo si Episcopus reperiretur suspensus à jurisdictione, & haberet reservatum jus conferendi beneficia, non posset ex approbatis in concursu parochialis digniorem prælegere; sed hoc jus pertineret ad Vicarium apostolicum, ut præter decreta, quæ referuntur à Fagn. in cap. Illa 2. Ne Sede vacante num. 30. & sequent. declaravit Sac. Congr. Conc. in Sorana 12. Decembris 1699. Edicta pro concursu habendo ad parochiales vacantes, quarum collatio pertinet ad inferiores Prælatos, qui non habent territorium distinctum, nec jus congregandi synodum, debent publicari ab Episcopo, in

conjugis diocesi parochialis existit, vel ab alio, qui est vicinior, si sit nullus, & coram eo concursus fieri; & ad ipsum Episcopum ex dignis digniorem eligere, & inferiori Prælato pro collatione, seu institutione remittere spectat. Sac. Congr. Conc. in Palentina 24. Octobr. 1573. & in Forosempromien. 2. Decembr. 1628. Et Prælati inferiori, habita significatione, non poterit conferre alteri, quam præelecto ab Episcopo, ut respondit Sac. Congregatio Concilii in Burgi sancti sepulchri, 15. Decembris 1696. ad seritium. Abbas enim, seu Commendatarius, vel alius Prælati inferiori Episcopo, non potest concursus, & examen instituere ad parochiales existentes intra fines sue jurisdictionis, & collationis, quando non habet potestatem congregandi synodum, & actu non congregat; sed hujusmodi concursus, & examen spectat ad Episcopum, intra cujus diocesis fines existit Abbas, seu Commendatarius, vel alius Prælati inferiori, & si non constat intra cujus diocesis fines existat, id spectat ad Episcopum viciniorem; Sac. Congr. Conc. in Castri Durantis 30. Aprilis 1611. Abbates tamen, seu Commendatarii, alique Prælati inferiores Episcopo, qui omnimodam habent jurisdictionem quasi episcopalem, nec alicui subsunt, sed sunt immediate subjecti Sedi apostolicæ, qui nullus sunt diocesis, sed proprium habent territorium, si habeant jus congregandi synodum, & legitime constat illam congregasse, & eligisse Examinatores, possunt concursum instituere, examinare, approbare, omniaque alia facere, quæ continentur in decreto Tridentini sess. 24. cap. 18. de reformat. Sac. Congr. Conc. in Forosempromien. 18. Martii 1591. in Castri Durantis 30. April. 1611. in causa Abbatis Rarsen. ut refert ex Aidan. Barb. in Trident. loc. cit. num. 51. & sæpe alibi. Et in specie pro Abbate monasterii in monte Cassino Ordinis S. Benedicti, quod nullus sit diocesis, & nemini subsit, sed omnimodam jurisdictionem episcopalem, ac proprium territorium, & jus congregandi synodum, ac ideo possit concursum instituere, examinare, approbare, & Œconomum deputare, declaravit Sixtus V. 20. Febr. 1589. ut refert Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 3. quest. 4. num. 2. ex venerabili archivio Cassinensi. Et novissime Benedictus XIII. const. incip. Quod inscribabilis; in qua confirmat etiam constitutiones Sixti V. Urbani VIII. & Innoent. XI. ad id emanatas.

Episcopus manutendens est in sua quasi possessione instituendi concursus, donec Prælati inferiori coram iudice competente legitime probaverit, jus cogendi synodum habere, aliisque coegisse, in raque Examinatores ad præscriptam Concilii formam depurasse; Sac. Congr. Concilii 17. Januar. 1585. & 4. August. 1594. Unde Episcopus Forosempromiensis, ut vicinior manutendens est in sua quasi possessione concursus instituendi in vacationibus ecclesiarum parochialium della Ravignana, & iuris prælegendi magis idoneos ex approbatis in eisdem concursibus, donec Abbas Classensis legitime probaverit, habere jus congregandi synodum, aliisque coegisse, & in ea Examinatores ad præscriptum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 19. de reformat. deputasse; Sac. Congregatio Concilii in Forosempromien. 2. Decembris 1618. Concursus, qui in vacationibus parochialium fieri solet coram Episcopo viciniore, si occasione pestis civitas illius sit bannita, & aditus præclusus ad eundem Ordinarium viciniorem, potest prorogari, ut concessit Sac. Congregatio facultatem Prælati inferiori prorogandi tempus concurrentium, & ut interim provideretur de Œconomis, & Vicariis idoneis; Sac. Congr. Conc. in nullius terre Guastalle, Parmensis diocesis 17. August. 1630. Concursus edicti Ordinarii proponere debent in beneficiis curatis reservatis Sedi apostolicæ vacantibus per obitum, puta in mensibus reservatis, & à Sede apostolica provisio faciendæ est approbato ab Examinantibus in syno-

Cum jam sit facta mentio, solum duorum, & quinque beneficiorum collationem cum archiepiscopatum, episcopatum, monasteriorum, beneficiorumque consistorialium confirmatione Summo Pontifici esse reservatam (1), quam

(1) Lex 11. tit. 6. lib. 1. ibi: Y se conviene en que los nominados á los arzobispados, monasterios y beneficios

do diocesana deputatis, si fidem approbationis habet ab Ordinario. Ita decimum fuisse à Sacra Congregatione refert Piasec. in *praxi Episcop. part. 2. cap. 20. num. 17.*

14 Barb. in *Trid. loc. cit. num. 64.* Episcopus instituens concursum ad formam Concilii, non potest, ut suspectus recusari, sed qui se existimaverint gravatos, appellare poterunt à mala Ordinario electione, seu iudicio ad effectum devolutivum, non suspensivum; Sacr. Congreg. Concil. 28. *Septembris 1589.* Vicarius generalis Episcopi potest, Episcopo impedito, proponere edictum pro concursu, & coram se examen indicere, textu expresso in *Concil. Trident. loc. cit. ibi: Ab Episcopo, sive eo impedito, ab eius Vicario generali.* Immo examen concursus posse fieri coram Vicario generali, etiam Episcopo non impedito, tenet Garzias de *benefic. part. 9. cap. 2. num. 119.* Barb. de *potest. episcop. part. 3. alleg. 60. num. 41.* & in *Trid. sess. 24. cap. 19. de reform. num. 77.* & Masobrius *requisi. 3. dubi. 3.* quia dicunt ipsi prædicta verba Concilii, sive eo impedito, sunt solum posita ad denotandum convenire, quod ab ipso Episcopo, cessante impedimento, fiat examen. Quinimo potest Vicarius generalis proponere edictum pro concursu, etiamsi ipsemet velit examen subire, & Episcopus illi sit ecclesiam ipsam vacantem collaturus. Sic decimum fuisse à Sac. Congreg. Concil. *super dict. cap. 18. sess. 24.* refert Sbroz. de *offic. Vicarii in addit. quest. 188. lib. 2.* Sic etiam Vicarius capitularis potest concursum ad parochiales vacantes tempore Sedis vacantis facere, ut poterat Episcopus, servata forma Sacr. Concilii Trident. *sess. 24. cap. 18. de reform. & magis idoneum eligere, & approbationem ad Sanctissimum Dominum, ejusque Eminentissimum Cardinalem Datarium mittere pro confirmatione electionis.* Ita declaravit Sac. Congreg. Episcop. in *Ravennaten. 3. Februarii 1624.* & sæpe alibi. Tota enim jurisdictione capitulo Sede vacante ad Vicarium capitularem devolvitur. Benedictus XIV. de *synod. diocet. lib. 4. cap. 8. §. 18.* Et ad hoc juvat adducere id, quod in Sacra Congregatione Concilii actum fuit de observandis in examinibus faciendis pro collatione parochialium Sede cathedrali vacante, & ita concepta fuit declarationum formula per manus transmissa, & à Sanctissimo approbata, ut refert Fagnan. *lib. 2. decret. in cap. Illa 2. Ne Sede vacante, num. 18.* & sequentibus, & est ut sequitur.

19 In primis capitulum nullam sibi in hinc examinibus auctoritatem vindicabit, sed constituet Officiale, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, prout mandat Concilium Tridentinum *sess. 20. cap. 16.* Is Vicarius sic constitutus obibit illa omnia munia, quæ Concilium *sess. 24. cap. 18.* statuit obeunda ab Episcopo, seu ejus Vicario, cum parochialis ecclesie vocatio contingerit, & in specie statim ab habita notitia vacationis ecclesie, & antequam ullum fiat examen, constituet idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione, reservatis reliquis fructibus iis, quibus jure videbitur. Hic autem Vicarius in parochialis positus, ejus onera sustinebit, donec ei de Refoere provideatur. Postea per edictum publicum vocabit omnes, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante. Deinde examinabit eos, qui concurrerint, adhibitis etiam aliis Examinatoribus, saltem tribus, quorum votis, si paria, aut singularia fuerint, accedere possit ipse Vicarius quibus magis ei videbitur. Curabit idem Vicarius, ut singulis annis à diocesana synodo probentur Examinatores saltem sex, ex quibus tres ipse eliger, eosque congregabit, qui secum examen præfiant ad singulas parochiales vacantes. Et si duo, vel unus tantum ex dictis Examinatoribus etiam cum Vicario, vel omnes tres, aut etiam sex abs-

quam quidem confirmationem Americanis in ditionibus est constans observari (2); inferitur, quod facultas similis dicta beneficia providendi (3) cessavit, & Regi catholico privata erit personarum nominatio.

cios consistoriales, deben tambien en lo futuro continuar la expedicion en sus respectivas Bulas en Roma en el mismo modo y forma practicada hasta aqui, sin innovacion alguna. Vide *verb. Abbas, & verb. Beneficium.*
 (2) *Lex 3. tit. 6. lib. 1. Ind.* Los arzobispados, obis-

que Vicario se ipsos congregaverint, & examen perfece- rint, nullum erit: & si ex dictis sex Examinatoribus aliqui intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi ad superstitis, etiamsi unus tantum supereset, spectabit eo anno durante. Si contingat sequentibus annis nullos alios Examinatores eligi in synodo diocesana, illi sex, qui semel precedente anno ex decreto Concilii fuerint electi, pro legitimis habeantur etiam post lapsum annum suæ electionis, & sic in officio suo perseverare possint, donec alii servata forma Concilii electi fuerint. Et si ex dictis sex Examinatoribus aliqui mortui fuerint, curabit Vicarius, ut lapsus anno alii in locum demortuorum sufficiantur, ut eligantur in synodo diocesana, alioquin qui supererunt pro legitimis non habeantur. Examen, & approbatio pro legitimis non habeantur ad parochialem vacantem, si ante ad alias parochiales, quæ prius vacaverint, fuerint facta, ita ut non sufficiat quem judicatum fuisse idoneum præteritis mensibus, aut annis ad aliquas parochiales; sed semper opus sit novo examine, & nova approbatione ad ipsam parochialem, de cuius collatione singulis vicibus agitur. Examinatores ex pluribus examinatis non unum solum, sed plures, quos judicaverint idoneos, significabunt Vicario, & ex istis pluribus idoneis per Examinatores judicatis, non ipsi Examinatores, sed solus Vicarius eliget quem ceteris magis idoneum judicaverit. Hæc enim facultas nullo modo Examinatoribus competit, cum soli Episcopo à Concilio sit attributa, cuius loco erit Vicarius Sede vacante. Ipse enim solus Vicarius absque Examinatoribus scribet litteras ad Sanctissimum Dominum nostrum, ad quem collatio parochialis spectabit, quibus præcipue testabitur propositum fuisse edictum, & examen per concursum factum, totque examinatos fuisse & examinatos tot idoneos à tribus saltem Examinatoribus judicatos; se vero ex istis idoneis talem ceteris magis idoneum judicasse, elegerisque.

Capitulum, aut Decanus cathedralis ecclesie, nullum sibi jus vindicet proponendi edictum, ad deputandi, seu eligendi, vel convocandi coram se examinatores, nec jubendi, aut curandi, ut coram se, aut examinatore deputatis ab eo examen fiat; minus eligendi magis idoneum, aut supra dictum est, exequetur partim synodus diocesana, partim Vicarius sede vacante constituentis; quem capitulum omnino constituere debet ex dictis *sup. num. 19.* Multo magis idem capitulum absteineat à conferendo parochialem vacantem in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit judicatus. Maxime etiam caveat, ne concedat omnes fructus ipsius parochialis eidem dicta commendata durante; quoniam concilium hæc omnia prohibuit, dum statuit debere Episcopum statim ab habita notitia vacationis parochialis idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portione constituere, quod munus obibit, ut supra dictum est, Vicarius præcise, sede vacante, deputatus. Cavebitque & ipse à dicta commendata, & à concessione omnium fructuum. Et illud quoque sibi interdicit sciet, ne eum quem magis idoneum ipse judicaverit, constituat Vicarium in parochiali, aut ei quoquo modo præficiat, donec collatio fiat, sed debet omnino à principio vacationis, & antequam ullum examen fiat, constituere in ea alium Vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec parochialis fuerit à Sede apostolica magis idoneo collata. Hæc tenus Fagnan. *loc. supracit.*

Ad concursum parochialium non tantum diocesanis, sed etiam externi debent admitti, nisi adsit aliquod privilegium, quod beneficia non conferantur exte-

padós y abadias de nuestras Indias se provean por nuestra presentacion hecha al nuestro muy Santo Padre, que por tiempo fuere.

(3) Vide *verb. Beneficium, & verb. Parochus, articulus 1.*

ris; Est *comm. Doct. & sic* decimum fuisse à S. Congreg. Concil. refert ex Nicol. Monacell. *tom. 1. tit. 5. form. 1.0. num. 1.* Ad concursum debent admitti tam externi, quam originarii, etiamsi habeant aliud beneficium curatum. Garzias de *benefic. pag. 9. cap. 2. num. 208.* & 209. *Conrad. prax. benefic. lib. 3. part. 4. num. 12.* Monacell. *loc. cit.* & alii passim. Non enim potest Episcopus prohibere curatis, ne accedant ad concursum aliarum parochialium; Sacr. Congreg. Episcop. 29. *Augusti 1591.* apud Barb. de *potest. paroch. part. 1. cap. 2. numer. 48.* Originarius tamen, & de gremio ecclesie, est semper, ceteris paribus, præferendus extraneo, *arg. regul. 17. Cancellaria de concurrentibus in data, ibi: Et similiter ceteris paribus oriundus non oriundo, & diocesanus non diocesano præferatur, & cap. Nullus dist. 81. capit. Hortamur dist. 71. cap. Ne pro defectu 41. de elect. cap. Bonæ memoriæ, §. Intelleximus de *posulat. Prælatorum*; & ratio est, quia indigena præsumitur oppidum, & ecclesiam magis diligere, & à populo plus amari, quam alienigena, juxta S. Thom. 2. 2. *quæst. 13. art. 2. ibi: Ille, qui de gremio ecclesie assumitur, in pluribus consuevit esse utilior, quantum ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, in qua est nutritus: & est communis. Immo secundum Barb. part. 3. de offic. & potest. Episcoporum. allegat. 60. num. 202.* & plurimos alios ab ipso ibi citatos, dignus de gremio ecclesie potest eligi posthabito digniore extraneo; *arg. cap. Nullus 13. dist. 61. ibi: Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de civitate ipsius Clero nullus (quod evenire non credimus) dignus poterit reperiri; & cap. Obitum 16. dist. ead. ibi: Commonens etiam fraternitatem tuam, ut nullum de alia eligi permittas ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius civitatis. . . nullus. . . dignus, quod evenire non credimus, poterit inveniri.**

38 Regulares omnes, quamvis sint Canonici, sive Præmonstratenses, sive Lateranenses, sive quicumque alii Canonici Regulares, non sunt admittendi ad concursum parochialium sine dispensatione apostolica; sic expresse declarat pluribus Sacra Congregatio Concilii cum approbatione Sanctissimi. Cum enim, ut refert Fagnan. in *capit. Quod Dei timorem 7. de stat. Monachorum. numer. 1.* fuerit questio: «An Regularis potest præfici curæ animarum ab Episcopo sine dispensatione apostolica; Sacra Congregatio Concilii censuit non posse, nisi accedente dispensatione, quæ non videtur concedenda, nisi instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate ecclesie.» Et alia consulta: «An ecclesie parochialis ex necessitate, nempe ob penuriam Sacerdotum, Regularis perpetuo possit præfici? Respondit permissum posse; ita ut deducto victu, quod reliquum fuerit redditum in utili-

Hicce in regnis cum nequeat non esse perquam manifestum tale privilegium adstare, ne externi beneficia ecclesiastica obtineant (1); patefit, ad concursum non esse admittendos; adeo ut, si in filio, cui est provisio facienda in eisdem non detur nativitas, simulque ad minus in parte, vel iste per decem annorum curricula, post contractum domicilium, non degerit vitam (2); ille veniat incapax considerandus; nisi sit filius ejus, qui de mandato Regis abfuerit.

(1) *Lex 14. tit. 3. lib. 1.* Notorio es que en todos los reynos y provincias de christianos, y en la mayor parte de ellos, se usa y guarda inviolablemente de tiempo inmemorial acá, que los naturales de cada un reyno y provincia hayan las Iglesias y beneficios de ellas: mandamos dar nuestras cartas, para que se les notifique esta nuestra revocacion, provision y suplicacion, que entendemos hacer á su Santidad, para que por respecto de cartas nuestras de naturaleza, ni de alguna de ellas, que hayamos dado fasta aqui, ó diéremos de aqui adelante, qualquier, ó qualesquier personas extrangeras; no naturales de nuestros reynos, ni de alguno dellos, no dé, ni provea de gracia expectativa, dignidad, ni canongia, ni préstamos, ni otro beneficio eclesiástico alguno en nuestros reynos: *Lex 25. ejusd. ibi:* Para que ningún extrangero destes reynos pueda tener beneficios, ni pensiones: *Lex 31. tit. 6. lib. 1. Ind.* Mandamos que nuestros Virreyes, Presidentes y Gobernadores non presenten persona alguna para beneficio; ó oficio eclesiástico, que no sea natural destes reynos, ó de las Indias: Y los Arzo-

tatem ecclesie, & pauperum convertatur: «Ob id autem necessariam esse hodie dispensationem contra opinionem antiquorum Doctorum, quod ita de stylo servari consuevit. Quod si magis placuerit Sanctissimo, posse quod petitur ad tempus concedi, quod scilicet Episcopus providerit de Clerico seculari, nihil tamen concedendum, nisi instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate ecclesie.» In idemque concidit resolutiones ejusdem Sacr. Congreg. Concilii in una Cremonens. 1. *Sept. 1630.* & in Taurinensi relat. à Pignatell. *tom. 1. consult. 44. num. 25.* quod nullus hodie Regularis absque dispensatione Papæ possit obtinere seculare beneficium, licet curatum; & in una Portugallien. 15. *Jun. 1652.* ubi declaravit, fratres Sacerdotes professos Ordinis Militaris Christi, S. Jacobi, & de Avis ibi existentium, esse incapaces absque dispensatione apostolica beneficiorum secularium cum cura, & sine cura, & canonicatus ecclesie cathedralis, ut refert Pignatell. *tom. 1. cons. 254.* Et etiam similiter declaraverat de expressa mente Sanctissimi de Canonici Regularibus, ut refert Fagnan. *loc. cit. numer. 16.* Cum enim questum fuerit: «An Canonici Regulares de licentia sui Generalis possint assumere curam animarum tam ad tempus, quam perpetuè? Die 8. Jul. 1581. Sanctissimus Dominus noster Gregor. XIII. noluit licere istis Regularibus etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis, assumere curam etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum in titulum.» Et subinde: «Cum Canonici Regulares Lateranenses peterent, ut sibi liceret cum licentia sui Generalis obtinere beneficia curata in titulum, vel ad tempus, & res à Congregatione delata esset ad Sanctissimum, Sanctitas sua abnuavit.» Quod Clemens VIII. (ut refert Pignatell. *dist. consulti. 44. num. 25.* & Nicolius in *statutis. verb. Regulares n. 25.*) mandavit inviolabiliter observari, non obstante quod id fortasse per sacros canones permitteretur Canonici Regularibus, præterquam translatis, ut censuit ead. Sacr. Congreg. in Cremonen. & Taurinen. Quare cum hic casus die 15. *Maji 1655.* fuisset iterum propositus, ead. Sacr. Congreg. perstitit in decretis, Canonicosque hujusmodi ad concursum admitti vetuit; ita quidem ut super hoc eorum Generalis nequeat dispensare, ut jam declaravit 24. *Augusti 1628.*

Et de expressa mente, & auctoritate Clementis X. hanc Canonice Regularium incapacitatem ad parochiales cum universali derogatione omnium privilegiorum, indulgentiarum, constitutorum etiam immemorabilium &c. pronuntiavit Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. in decreto, ut sequitur.
 «Cum felic. record. Gregor. XIII. aliqui nonnulli

bispos y demas Prelados de las Indias no los recibian: Si les constare que son extrangeros:
 (2) *Lex 19. tit. 3. lib. 1.* ibi: Porque se ha dudado, y duda quales se dirán naturales para poder tener los dichos beneficios, ordenamos y mandamos, que aquel sea diga natural, que fuese nascido en estos reynos, y hijo de padres, que ambos á dos, ó lo menos el padre sea asimismo nascido en estos reynos, ó haya contraído domicilio en ellos, y demas de esto haya vivido en ellos por tiempo de diez años; con que si los padres siendo ambos, ó á lo menos el padre nascido y natural de estos reynos, estando fuera de ellos en servicio nuestro, ó por nuestro mandado, ó de paso, y sin contraer domicilio fuera de estos reynos, ovieren algun hijo fuera de ellos, este tal sea avido por natural de estos reynos; y esto se entienda de los hijos legitimos y naturales, ó los naturales solamente; pero en los espurios disponemos y mandamos que las calidades, que conforme á lo de suso dispuesto se requieren en los padres, hayan de concurrir, y concurreran en las madres. Vide *verb. Civitas.*
 Gg 2

Summi Pontifices successores, ad regularem disciplinam in Congregatione Canoniorum Lateranensium Ordinis S. Augustini magis, magisque firmandam decretis suis mandaverunt, ne dicti Canonici curam animarum in ecclesiis secularibus exercenda, juxta constitutionem Innocentii III. recol. mem. incipit. Quod Dei timorem &c. ceteroquin capaces ad hujusmodi curam in prædictis ecclesiis exercendam admittantur; quorum decretorum observantiam retinendam esse non semel declaratum fuit: assertantibus vero è contra quibusdam dictorum Pontificum mentem haud fuisse certa perpetua legelata Innocentianam constitutionem prorsus abrogare; sed immo illorum decreta, seu mandata cum ipsis expresse; ac propterea pro diversitate temporum diversas forsitan editas fuisse declarationes, & interpretationes, & nec uniformem servatam praxim. Ideo ex prædictis non infrequentes dubitationes, & controversiæ subortæ noscantur, ob quas religiosa quies perturbari facile possit accuratius in hoc sacro ordine custodienda; cum illius apostolica instituta primævam disciplinæ ac sanctimoniam antiquorum Clericorum imaginem, & symbolum referant, quibus ipsa nascentis ecclesiæ primordia florebat. Quapropter ad hujusmodi dubitationes explicandas, & controversias definiendas, atque ut magis accurata disquisitione eorum Canoniorum spiritus, & vocatio dignoscatur, qui dum in tranquillitate montis Sion Cœlestium contemplatione suavissime pascentur, ad frangendum in valle lacrymarum parvulus (videlicet è claustris ad regimen descensurus parochialium) invitatur; Sac. Congr. Eminent. & Reverend. S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, & re mature examinata, atque auditio P. Procuratoris generali dicte Congregationis Lateranensis, speciali sibi auctoritate per Sanctissimum Dominum nostrum Clementem Papam X. vivæ vocis oraculo attributa declarat, atque decernit, ut impostoribus futuris temporibus nemo ex Canonici Regularibus Sancti Augustini Congregationis Lateranensis, quamvis non translatus, ad curam animarum in ecclesiis secularibus etiam de Jurepatronatus, in perpetuum, seu ad tempus quocumque titulo exercendam admittatur; nisi præter Abbatis generalis licentiam expressam juxta Sedis apostolicæ indultum accedat: Quod juxta sacrorum Ministrorum penuriam, & prout animarum postulabit utilitas, in contingentibus casibus concedetur; ita ut quælibet collatio, institutio, & deputatio in favorem hujusmodi Canoniorum aliter, irrita prorsus, atque inanis censetur, & sit; ac nulla etiam triennali longior possessio illis suffragetur. Canonici vero, cui ejusmodi concessum fuerit indultum ad mentem præfati Innocentii III. (si commode fieri possit) socium unum ex suo Ordine, & Congregatione secum habeat, cujus in iis, quæ Dei sunt & Regularis observantia, tam consortio, quam solatio perfruatur.

Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præfati decreto contenta, supra dicta constitutione Innocentii III. aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis necessario, & individue exprimentis: Necnon &c. statutis, formula professionis in eo Ordine, & Congregatione emitti solita, consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgiis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis &c. necnon irritantibus decretis &c. quibus, quoad nea, quæ præsentibus adversantur, eadem Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expresse derogat &c. Datum Romæ hac die 18. Martii 1671. — F. M. Cardin. Branciatius. — Loco + Signilli. — C. de V. Archiepiscopus Athen.

44 Licet autem hoc decretum de mente, & expressa auctoritate Clementis X. editum, videatur respicere solos Canonicos Lateranenses; tamen vere & realiter hanc incapacitatem ad parochiales habent omnes alii Canonici Regulares, tum ratione supra laudati decreti Greg. XIII. Joquentis indefinite de omnibus Canonici Regularibus, ibi: An Canonici Regulares. . . Noluit licere istis Regularibus, tum etiam ratione ipsius decreti jussu Clementis X. editi, omnium Canoniorum Regularium com-

prehensivi communiter intellecti, & signanter Rota in Leodiensi parochialis 2. Decembris 1693. in §. fin., ubi firmat decretum præfatum Clementis X. indefinite procedere quoad omnes Canonicos Regulares facta mentione de Lateranensibus demonstratæ tantum, cum Congregatione istorum sit omnium præstantissima, & concurrat in omnibus eadem ratione consulendi pristinæ, & laudabili disciplinæ Regularium, quæ vere unica reperitur in claustrorum parietibus. Immo necdum hæc ratio à decreto adducta est omnibus Canonici Regularibus communis, sed insuper fortius amplectitur reliquas Congregationes Canoniorum, quæ habent majorem regularitatem, quam illam Lateranensium, quæ magis Clericorum speciem refert, ut Card. de Luca de præminent. disc. 24. per tot. Cardin. Petra tom. 2. comment. ad const. 1. Anast. IV. sect. 1. sub n. 40. Tum quia hanc omnium indistinctè Canoniorum Regularium incapacitatem ad parochialium concursus jam expresse pluries declaravit Sac. Congr. Conc., & signanter in Briniensi 15. Martii 1655. lib. 19. dec. pag. 408. ibi: Queritur fuit, an Regulares Congregationis Canoniorum Lateranensium Sancti Salvatoris, Sancti Georgii in Alga, & Cruciferorum, sint admittendi ad concursum ecclesiarum parochialium secularium, præsertim quando habent licentiam proprii Generalis; Sac. Congreg. Concil. respondit negative, & dandas esse declarationes jam editas. Et de facto fuit requisita facultas dict. Sac. Congr. Concil. die 23. Augusti. 1692. in una Ferrariensi, pro uno Canonico Regulari Sancti Salvatoris, non obstante quod dictus Canonici prætenderet se esse capaces sine alia dispensatione Sac. Congreg. Et non obstante, quod anno sequenti dicti Canonici Regulares Sancti Salvatoris exposuissent dicte Sacre Congreg. in una Placentina præsentationis, se non esse comprehensos nec in decreto Clementis X. nec in aliis huc usque emanatis prohibitionibus, & contendent de licentia proprii Generalis absque Sedis apostolicæ indulto ad parochiales ecclesias vacantes concurrere, & de illis provideri posse, in eadem causa sustinerent. Nihilominus Sac. Congr. Conc. ad quam causa erat delata, sub die 14. Novembris 1693. respondit: Utantur decreta, & causa proponatur formiter auditis omnibus Procuratoribus generalibus omnium Canoniorum Regularium, & interim cum Sanctissimo pro concessione indulti ad favorem patris de Georgii præsentati cum clausula, quatenus opus sit. Et exinde sua præfata fundamenta in Sacra Congregatione formiter producta apud majorem partem Eminentissimorum Patrum tunc in Sacra Congregatione sedentium, fuerunt habita tantquam nullius ponderis, ut sibi retulisse Eminentissimum Petruccium, tunc ibi sedentem, testatur Monacell. tom. 1. in appendice ad formularium legale practicum in annotat. ad dict. decret. Clementis X. num. 4.

Tum etiam quia si qua militaret ratio pro aliqua Congregatione Canoniorum Regularium pro capacitate ad beneficia curata, deberet potissimum esse pro præstantissima Congregatione Lateranensium, cujus Canonici in eorum professione promittunt beneficia curata extra Ordinem non suscipere absque licentia Capituli & Generalis. Unde si isis est dempta talis capacitas ad beneficia curata, non obstante ipsa formula professionis, ut patet ex supra laudato decreto jussu Clementis X. edito, ibi: Non obstantibus, &c. statutis, formula professionis in eo Ordine & Congregatione emitti solita &c. à fortiori erit dempta talis capacitas ad beneficia curata aliis Canonici Regularibus, qui non habent similem formulam professionis. Et hanc incapacitatem ad beneficia secularia curata comprehendere omnes Canonicos Regulares cum juscumque sint Congregationis, tenent Pagna. in dict. c. Quod Dei timorem 7. de stat. Monach. num. 16. & 17. & sequent. Pignatelli. tom. 1. consulti. 44. à num. 14. usque ad fin. Barbosa in dict. cap. Quod Dei timorem n. 3. & lib. 3. Jur. eccl. num. 80. ad Trident. sess. 14. c. 11. num. 5. Nicol. in floscul. verb. Regulares num. 25. Garza part. 7. de benef. cap. 10. num. 33. Tondut. quasi, beni i. cap. 80. per tot. Quarant. verb. Canonici Regularis, Maranta resp. Jur. tom. 4. cap. 89. num. 35. Pignatelli. in observantione ad Lauret. de Franchis quasi. 86. ubi testatur de observantia in prax. Corrad. in praxi dis-

penationum lib. 6. cap. 1. num. 13. vers. At vero ego: Capon. discip. for. 108. num. 77. Passerin. in cap. Cum de beneficio num. 3. de præbend. & dignit. in 6. Cardin. de Luca postquam contrarium innuerat, hanc veritatem fatetur in disc. 64. & 65. de benef. & de donationibus disc. 25. num. 6. Monacelli. loc. cit. Cardin. Petra loc. cit. num. 39. & alii passim; & firmavit Rota in Navarriensi præbend. 15. Junii 1693. §. Nec adversarii, cor. Reverendiss. Manuel. confirmata 2. Decembris ejusd. an. & in Leodiensi, paroch. 11. Decembris 1693. in §. final. Vide verb. Habitus num. 69.

51 Canonici Regulares omnes, multo magis absque speciali dispensatione apostolica sunt incapaces ad obtinenda beneficia secularia non curata, nempe canonicatum in collegiata ecclesia seculari, aut beneficio simplex. Hoc enim etiam jure veteri prohibuitur erat, textu expresso in cap. Placuit 16. quest. 1. ibi: Nec ad ecclesias regulares transire; & clarissime in cap. Super eo de regularibus, ibi: Neque amplius in ecclesiis secularibus debent assumi, ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur; sic expresse declaravit Sac. Congr. Conc. Regulares sunt incapaces beneficii simplicis, etiam si essent Canonici Regulares, ut refert Garz. cit. cap. part. 7. cap. 10. num. 32.

52 Et ita etiam in Canonico Regulari aliis respondit Gregor. XIII. nam cum dubitaretur, an Canonici Regularis esset capax beneficii simplicis, Sac. Congreg. dixit videri incapaces, quia cap. Quod Dei timorem: loquitur de parochiali, agendum tamen cum Sanctissimo; die 23. Julii 1578. Sanctitas sua dixit, licet Tridentinum Concilium non prohibuisset Regularibus obtinere seculare beneficium, & Concilium Lateranense sub Leone ad concordatam tantum restringeret, tamen Jus commune obstare, quod non nisi in parochialibus dispensat dicit. Quod Dei timorem: hic autem agit de simplici, sic refert Pagnan. loc. cit. n. 19. Et anno 1695. cum Carolus Radomneschi Polonus Canonici Regularis obtinisset à Capitulo generali facultatem consequendi omnia beneficia, canonicatus, & prælaturas in quacumque diocesi regni Poloniæ, & à Sacra Congregatione peteret confirmationem hujusmodi facultatis; Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium die 7. Julii 1695. petitiæ confirmationem concessit, quoad curata tantum ad formam sacrorum canonum, & constitutionum apostolicarum, eo quod raro permittatur dispensatio ad simplicia beneficia, ut monet Cardinal de Luca in adnot. ad Concil. Trident. disc. 13. n. 7. & etiam dixit Sac. Congreg. Concil. in Taurinensi 1. Septembris 1693. & 24. Augusti. 1627. & sic tenet Hostien. in Summa de statu Monachor. §. Utrum populum. Joan. Cald. in dict. cap. Quod Dei timorem: Cardin. ibid. in §. quest. num. 14. verb. Si autem assumitur ad Canoniam, Fed. de Senis cons. 136. factum tale est sub n. 3. verb. Sed fortius obstat: Pagnan. in dict. cap. Quod Dei timorem, n. 19. Petra loc. cit. n. 34. & omnes supra citati sub n. 50. Unde incapacitas Canoniorum Regularium ad quæcumque beneficia secularia efficit, ut si obtineatur aliquod beneficium ab Ordinariis absque dispensatione apostolica ipsa institutio sit ipso jure nulla secundum regulam 43. Cancellariæ, & possit denovo vacans impetrari pro alium, ut innuit Gonzal. in loc. cit. cap. Quod Dei timorem, de statu Monachor. in fin. Petra loc. cit. n. 42. Riccius decis. 49. per tot. part. 1. Garzas de benef. part. 7. cap. 10. n. 2. & seq. Lauret. de Franchis de contro. inter Episcopos, & Regulares part. 2. quasi. 86. Marc. Anton. Macerat. var. resolut. lib. 1. resolut. 20. n. 12. & alii passim; & supponitur à Rota in Leodiensi parochialis 4. Julii 1692. & 11. Decembris 1693. coram Pio. Et ratio est clara, quia actus remanet nullus in prima provisione, ex quo beneficium semper remanet vacans, & expresse hoc statuitur in supra laudato decreto Sacre Congregationis de expressa mente, & auctoritate Clementis X. edito, §. Quapropter; ita ut possessor neque triennali possessione posset se tueri, ut expresse ibi cavetur, his præcisè verbis, ibi: Ita ut quilibet collatio, institutio, & deputatio in favorem hujusmodi Canoniorum aliter facta, irrita prorsus, atque inanis censetur; & sic, ac nulla etiam triennali longior possessio eidem suffragetur. Et novissime Benedictus XIV. re-

prius mature discussa constituit. incip. Quam inscrutabili: consilio, atque motu proprio expresse declaravit, ac definiit, Canonicos Regulares incapaces esse cujuslibet beneficii secularis, aut pensionis ecclesiasticæ absque dispensatione Sedis apostolicæ. Videatur ipsa constitutio, in qua multa ad rem habentur, & statuuntur merito legenda, & omnino servanda.

Possunt tamen Regulares, & à fortiori ipsi Canonici Regulares assumi in parochias sine dispensatione apostolica in parochias eorumdem monasteriorum, vel membris omnimode illis subjectis, ita ut titulus sit amovibilis, & regularis; est communis, & testatur praxis ubique recepta, quod in parochialibus etiam extra claustra plenarie finitis unione subjectiva eorum monasterii deputatur pro cura Regulares amovibiles ad nutum suorum Regularium superiorum. Et posse sic deputari Regulares in parochias dictarum parochiarum, pluries probavit Sac. Congregatio Concil. & signanter in Avinionensi 1693. de mense Martii; & in Mechlinien. 28. Novembris ejusd. an. 1693. Nec possunt cogi ipsi Regulares deputare Sacerdotem seculari in simili parochia subjective unita ipsorum monasterio; Sac. Congr. Conc. in Regiensi 7. Febr. 1705. sed libere sine alia dispensatione possunt Regulares superiores in similibus suis parochiis deputare pro parochis suos Religiosos ad eorum nutum amovibiles. Nec ipsi Religiosi ad exercitium talis curæ, seu parochiæ deputati possunt reclamare, si ab ipsis removeantur, ut censuit Sac. Congreg. Concil. in Romana 17. Decembris 1689. Neque possunt congruam pro curato seculari taxatam à monasterio petere, nisi quantum indigent ad propriam, & oneram ecclesiæ sustentationem, & totum id quod superest debetur fideliter à curato religioso suo monasterio, cum ipsi, & non sibi acquirat; cap. Nolo 10. cap. Non dicatis 11. caus. 12. quest. 1. cum concordantibus & authent. Ingress. cod. de sacrosanct. eccles. Et sic auditis partibus, causa bis proposita, respondit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Mediolanen. Congruæ 4. Septembris 1693. & 4. Martii 1694. contra N. N. Monachum Cisterciensem curatum deputatum parochiæ Fellectiæ Grancie monasterii Murimundi, proponente Eminentissimo Cardinali Petruccio.

Alia ad rem, vide verb. Beneficium &c. art. 2. num. 62. mer. 15. & verb. Canonici Regulares.

53 An exclusio à concursu operetur nullitatem ipsius concursus independentem à reclamatione exclusi, non levis questio est. Negavit Rota & quidem raro exemplo respondendo contra informantem in Terraconen. parochialis 10. Novembris 1634. cor. Panzirol. impressa apud Pignatelli. consulti. canon. tom. 1. consulti. 11.

Impetraverat enim quidam Jacobus Torcorella quoddam beneficium parochiale hoc ex capite, quod in ejus collatione non fuerat servata forma concursus præscripta à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 18. de reform. & à notissima constitutione Piana. Ad ostendendum autem (sunt verba decisionis §. 2.) quod non fuerit servata forma concursus adducit, quod Antonius Qual non fuerit admittus ad examen, licet comparuerit, & protestatus fuerit pro admissione. At Rota censuit: "Quod ommissio alicujus ad examen (sunt verba decisionis §. 7.) non est contra substantialem dispositionem Concilii; sed debet examinari de justitia, & si non examinaretur, potest agi de contemptu, non autem quod examen sit nullum, ipso non reclamante, ut in simili dicitur de votatione absentium ad electionem, quorum contemptus non reclamantibus, non vitat electionem. Hæc igitur ommissio non est de forma Concilii, sed de justitia, quum de forma illud solum censetur, quod est ad inventum ab ipso Concilio, non autem quæ ab aliis canonibus prius disposita erant. Sed remanet in suo robore. Secundum vero canones antiquos licet Episcopus nequebatur eligere digniorem, si tamen illum omittet, & eligebat dignum, provisio sustinebatur. Concilium autem solum innovavit, ut fiat concursus, & non vult illum examinare. Unde si Episcopus rejicit unum, & non vult illum examinare, male fecit, & ille potest agere de contemptu, non autem provisio est nulla, quia secundum canones antiquos non erat nulla." At

At reuocissime delata ad idem sacrum Tribunal Ro-
tae, in ea ipsum uideatur fuisse sententia, ut exclusio ali-
cuius ad concursu nullitatem ipsius concursus operetur
etiam independenter a reclamatione exclusi, ita ut possit
beneficium imperatrici ob non seruatam formam concursus
Vide *decis. in Metropolitana prebende theologiae 25. Julii 1756. cor. R. P. D. Stadion.*

ARTICULUS II.

Concursus, quando, ubi, & quomodo faciendus.

SUMMARIUM.

- 1. **V**acante parochiali, Vicarius est constituendus illico, & si opus fuerit: quid haec uerba demonstrent: quod tempus in praesenti concursu: tempus sex, seu quatuor mensium praescriptum à qua die currere incipiat, ad n.7.
- 2. **I**ntra quod edicta proponenda: an prorogari possit, & si fiat, inuimanda: quos effectus intra primum terminum examen exequutum producat: que inserenda in literis citatoriis: qua distinctio inter eum qui non comparuit, intercedente, aut non legitimo impediemento, ad n.18.
- 3. **E**lappo edicti termino quomodo se gerere debeat Episcopus: an examinandi ueniant omnes concurrentes: quid, si unus fuerit solus: que obseruanda, nullo comparente: aut subire examen nollente: ubi edictum proponi debet, & fieri concursus, siue de parochialibus in Abbatibus, commendis, aliisque locis vacantibus, siue accessus ad viciniorum Episcopum propter pestem facilius non fuerit, ad num. 27.
- 4. **I**n quocumque loco potest Episcopus magis idoneum eligere: à quibus examen fieri debeat: quot examinatores interveniendi: ubi eligendi: pro mortuis, aut alio modo deficientibus, an alii possint subrogari: quibus qualitatibus ornati: iuramentum ad eorum admissionem praecedere debet, & an sit de forma substantiali, ad num. 41.
- 5. **A**lio interveniente qui non sit ex auctoritate utrum sit nullus concursus: quid, si isti non concurrant: vota eorum quomodo effectum sortiendi: qua vice Episcopus obtineat: iudicare, & eligere solum ad Episcopum spectat: si aliqui reiecitur in parochialis concursu, valet ad novum examen provocare coram iudice appellationis, ad num. 55.
- 6. **I**ntra quod tempus examen perficiendum: poterunt fieri nota interrogatoria, si suspicio aliqua interveniat, quod examinandi in cognitionem examinis praecedentis venerunt: novissima constitutio D. Clementis XI. & D. Benedicti XIV. inseritur: qui canonice per concursum conferendi, & quoad parochiales, ac beneficia, que conferri debent per concursum, vel non, remissive, ad n.60.
- 7. **A**dditiones subnectuntur, ad n.64.
- 8. **V**eniente aliquo parochialis ecclesiae vacatione, debet Episcopus statim illius vacationis habita notitia, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec de Rectore provideatur. Verba autem illa si opus fuerit, addita sunt ad excludendum casum, quo in eadem parochiali ecclesia adessent alii ministri sacramentorum, qui interea curam illam, quae ad defunctum spectabat, exercerent, ut declarasse Sac. Congr. Conc. referit Garzias de benef. part. 9. cap. 2. num. 13. Illa vero dictio statim videtur importare, quod Episcopus non possit in longum differre, sed quantoties debere hujusmodi in ea Vicarium constituere, posse tamen Episcopum talem deputationem Vicarii usque ad tres dies ha-

bite notitia vacationis, non autem ulterius differre, tenet Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 60. sub num. 2. Massobrius. requisit. 1. dubit. 13. & facit Conc. Provinc. Mediol. 1. titul. de proponendo edicto, ubi statuitur, ut intra triduum proponatur edictum pro concursu. Episcopus potest differre concursum usque ad sex menses, si parochialis in suo mense vacaverit, & usque ad quatuor, si vacaverit in mense Sedi apostolicae reservato, ut expresse statuit S. Pius V. in constitut. incip. In conferendis: & Barbosa ad Concil. Tridentin. sess. 34. cap. 18. de reform. num. 58. & de offic. & potest. paroch. part. 1. cap. 2. num. 40. refert Sac. Congr. Concil. in una Tiburtina sub die 28. Aprilis 1629. expresse censuisse, eveniente vacatione ecclesiae parochialis, posse Episcopum intra quatuor, vel sex menses respective à die vacationis apponere edictum pro concursu dicte parochialis. Et isti sex, vel quatuor respective menses concessi ad conferendam parochialem incipiunt currere non à die vacationis parochiae, sed à die scientiae vacationis, arg. cap. Quia diversitate 4. de concer. preb. & cap. Licet 3. de supplicanda negligentia prelatorum, & Rota in una Placentina parochialis de Malparida 28. Junii 1585. cor. Seraphino decis. 702. Inter impressas tenuit, tempus sex mensium datum Ordinarii ad conferendum parochiales ad eorum collationes spectantes per dictam bullam S. Pii V. quae dicit à die vacationis intelligi, à die vacationis notae, quamvis Episcopus nondum accepisset possessionem episcopatus, cum per ipsum stitisset, ut refert Garz. de benef. part. 10. cap. 2. num. 25. & 23. Sic etiam tempus quatuor mensium concessum Ordinarii ad provisionem faciendam de parochialibus ad conferendum collationem spectantibus non currere, nisi à die notitiae habita vacationis, tenuit Rota in una Toletana 28. Nov. 1578. cor. Seraphino decis. 380. inter impressas.

Tempus sex, vel quatuor respective mensium concessum Episcopis ad conferendas medio concursu parochiales vacantes curri ipsi Episcopis etiam quando accedunt ad Concilium provinciale. Propositi enim circa hoc dubii ad instantiam Episcopi Gerundensis in Sac. Congr. Conc. in una Gerundensi Juris conferendi. Primo: An tempus, & tempora quibus Episcopus ex causa praefata cogitur à propria diocesi abesse, computanda sint in termino sex mensium, vel potius ex illo detrahenda? Et quatenus computandum. Secundo: An ei indulgentia prorogati praefati termini? Sac. Congr. die 7. Julii 1685. respondit ad primum, computandum. Ad secundum negativè. Pendente termino sex, vel quatuor respective mensium debet Episcopus proponere edictum concursus intra decem dies, vel aliud tempus à se praefigendum; Concil. Trident. loc. cit. ibi: Intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo praescriptum possunt prorogari usque ad viginti dies, sed non ultra; sic expresse statuit S. Pius V. in dict. constit. incip. In conferendis: ibi: Neco tempus decem dierum eidem ordinariis, & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus praescriptum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel praesumant. Non tamen Episcopus tenetur terminum concursus prorogare, sed bene facit prorogando, ut censuit Sacra Congr. Concil. sub die 17. Martii 1619. Si vero ex justa causa Episcopus proroget concursum ad beneficia, hujusmodi prorogatio est publicanda, alioquin concursus erit nullus; eadem Sac. Congregatio Concil. 6. Julii 1600. Concursus habita infra terminum decem dierum non est nullus, si nemo post examen comparuit, qui se laesum praetendat; cum enim Episcopus Montis Regalis publicasset concursum, & statuisset terminum decem dierum concurrentibus; & intra eum terminum habitus fuit concursus, quaezuntum esse an propterea sit nullus concursus intra dictum terminum habitus, die 2. Augusti 1607. Sac. Congr. Conc. censuit: Examen factum intra terminum dierum decem dierum non esse nullum, si nemo post examen comparuit, qui se laesum propterea praetendat. Idem dicendum est, si aliqui fuerint examinati intra decem dies, alii vero post, ita ut nullus ex concurrentibus remanserit non examinatus; cum enim vacan-

cante parochiali ecclesiae S. Margaritae Placentiae provinciae Bononiensis positus edictis concursus decem dierum, & in ultima die, nempe decima duo ex descriptis fuisset examinatus, alii vero post elapsum dicti termini, & cum fuisset quaesitum: An propterea concursus esset nullus? die 3. Julii 1608. responsum fuit: "Tamen duo examinati sint durante termino, si tamen reliqui omnes fuerint postea examinati; ita ut transacto constituto tempore ante renuntiationem examinatorum, & electionem Episcopi, nullus remanserit non examinatus ex descriptis, satisfactum esse formae Concilii, & concursum ex hoc capite non esse nullum."

Tempus, quo debet esse affixum edictum, est arbitrarium Episcopo, modo non excedat viginti dies. Concilium enim Tridentinum nullum tempus ad hoc praecise designat, immo sicut relinquit arbitrio Episcopi tempus praescribendum pro publicando concursu: Intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo praescribendum; ita videtur relinquere arbitrio Episcopi tempus, quo debet esse affixum edictum, per leg. ff. de iure deliberand. Garzias de benef. pag. 9. c. 2. n. 10. Massobrius in praxi requisit. 2. dubit. 9. Barbosa ad d. Concil. sess. 23. c. 18. n. 67.

Dies certa examinis concurrentium, & propositi edicti, debet apponi in literis citatoriis concursus, aliis ipse concursus vitaretur. Sic expresse Rota in Toletana parochialis de Alcaudete 3. Julii 1593. cor. Seraphino; ubi dictum fuit, concursum esse defectuosum: "Nec in eo servatam formam Concilii Tridentini; quia non fuit apposita dies propositi edicti, adeo ut scribi non possit, an intra terminum, vel post terminum fuerit Michael examinatus; quod tamen videtur necessarium ad examinis validitatem, cum terminus ille, qui praefigitur, iuxta dispositionem Concilii sess. 24. cap. 18. sit ad convocandum eos, qui concurrere voluerint, & est transacto non plus debeant examinari, & ista non est facta ad effectum, sed praecisa." Sic Rota, ibi: "Et de facto, quod nullo debet amplius audiri, seu examinari, qui nullo detentus legitimo impediemento non comparuit in tempore concursus propositi, fuit decisum à Sac. Congr. Conc. in qua praescripto dubio? An si quis non descriptus in tempore concursu praefixo comparuerit, legitimum impediemento cessante, ita ut poterit nomen suum infra praescriptum terminum deferre, & elapso termino, examine nondum facto, seu re integra, petat se ad concursum admitti, sit ne audiendus? Eadem Sacra Congr. sub die 7. Julii 1625. censuit non esse audiendum. Qui tamen ratione legitimi impediamenti non comparuit in tempore concursu praefixo, debet post terminum edicti re adhuc integra, ad concursum admitti, etiam reclamantibus aliis oppositoribus. Sic declarasse Sac. Congr. Conc. refert Garzias de benef. part. 9. c. 2. n. 206. & sic tenuit Rota in Firmiana parochialis 6. Martii 1692. cor. Card. Pamphil. & senior. & in Calagurrit. dim. benef. sive portion. 22. Apr. 1602. coram Ottembergo, ibi: "Poterit provisor admittere ad concursum venientem elapso termino ab eo praefixo, licet contra dictum adversarius, qui comparuit in termino; propter auctoritatem Congr. Conc. qui in simili casu respondit: Si termino elapso alter superveniat, eum re integra esse admittendum; idque aequitas, & favor ecclesiae suadere videtur, cuius interest plures oppositores concurrere, & hanc opinionem Domini receptiorem, & de iure veriore laudaverunt." Arg. leg. Et si post tres, ff. Si quis cautio; cap. Consul de offic. delegati.

Ante lapsum terminum edicti nullum esse examen, & concursum factum, maxime si post examen comparuit aliquis, qui se laesum propterea praetendat, resolvit Sacra Congr. Conc. in Potem. 4. Maii 1619. & in Chariens. 28. Julii 1662. Unde examen statim elapso termino edicti potest per Episcopum inchoari, sed non potest eadem die claudri, ubi plures fuerint descripti, quia sunt expectandi, vel vocandi, alioquin vitabitur concursus, si ex pluribus descriptis unus aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concursus; sic Rota in Toletana parochialis de Alcaudete, cor. Aragonio 10. Maii 1596. in qua dictum fuit: "Ideo concursum fuisse nullum, & invalidum, quia cum infra terminum edicti plures alii opposuerint, & se descripti fecerint, ideo exa-

minato dicto Michael concursus non debeat statim eadem die claudri, prout fuit clausum, sed erat expectandum per aliquot dies, videndi gratia, si alii oppositores volebant se examini subijcere." Et id eadem coram Corduba 26. Decembris 1597. habetur: "Nec Dominis placuit, quod eadem die, qua fuit incertum examen, fuerit clausus concursus, examinatus, & approbatus Michael, & facta illi collatio, non vocatis, neque expectatis reliquis oppositoribus, qui intra tempus edicti fecerant oppositionem, & debebant saltem vocari &c." Sic refert, & tenet Garzias de benef. cap. 2. part. 9. n. 33. Seraphin. decis. 1148. n. 5. Barb. ad Concil. Trident. sess. 24. c. 18. n. 75. de offic. & potest. paroch. part. 1. c. 2. n. 46. & sic censuit Sac. Congr. Conc. in Tarracon. 2. Decembris 1634. & 12. Maii 1635. Uno tantum comparente ex pluribus descriptis, fieri potest concursus, nec est opus ut proponatur secundum edictum; & ratio est, quia verba Tridentini: Ut omnes descripti examinentur, debent intelligi quatenus veniant ad examen, aliis esset in potestate unius non venire, impedireque proinde, ne ulterius procederetur; sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. refert, & tenet Garzias de benef. part. 9. c. 2. n. 49. Quando unus tantum se descripti facit, nec alii comparent Oppositores ad se scribi faciendum, fieri potest concursus, nec opus est alio edicto, aut termini prorogatione: sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. refert, & tenet Garzias de benef. part. 9. c. 2. n. 215. Ugolin. de offic. & potest. Episcop. cap. 50. §. 10. num. 4. Barb. ad Concil. Trident. loc. cit. n. 76. & de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 60. n. 51. & de offic. & potest. paroch. dict. c. 2. n. 50. Quando nullus ad concursum comparuit, aut certe nullus ex comparentibus vult subire examen, Episcopus assignare debet aliud tempus, siue edictum; & si adhuc nemo comparet, vel aliis nemo idoneus reperitur, tunc conferre potest sine concursu. Sic pluries decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. testatur Garzias loc. cit. num. 218. Barb. de offic. & potest. paroch. loc. cit. num. 51.

Edictum concursus debet proponi ab Ordinario loci, ubi existit beneficium curatum vacans; & ibidem examen est peragendum, etiamsi beneficium ab Ordinario alterius diocesis sit conferendum: sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. refert, & tenet Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 2. proam. num. 17. Barbosa. ad Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 18. num. 52. & de offic. & potest. Episc. allegat. 60. num. 44. Flamin. Paris. de resignat. lib. 8. cap. 9. num. 102. Episcopus civitatum unitarum potest ad concursum facere in civitate, in qua reperitur modò, cum interventu examinatorum diocesis, in qua sita est parochialis: Sac. Congr. Conc. in Croitatis Castellana, & Hortana 24. Septembris 1593. Vide tamen verb. Synodus num. 6. Concursus parochialis vacantium in Abbatibus, Commendis, aliisque locis subjectis praetis non habentibus jus congregandi synodum, debet fieri in civitate residentiali vicinioris Episcopi, cum ad ipsum spectet talium parochialium concursum edicere, & convocare, ut pluries censuit Sac. Congr. Conc. & signanter in Forosempronien. 18. Martii 1591. in castri Durantis 30. Aprilis 1611. & saepe alibi. Adeo ut si civitas vicinioris Episcopi, occasione pestis, v. gr. sit banita, & aditus sit praclusus ad eundem Episcopum viciniorum, detur potius facultas prorogandi tempus concurrentium, quam concursum permittere in loco subiecto Abbati, siue alio inferiori praetato non habentibus congregandi synodum, & examinatores synodales eligendi, ut censuit Sac. Congr. Conc. in nullius terra Guastalle, Parmensis diocesis 17. Augusti 1630. Immo si Episcopus ipse sit Abbas, seu Commendarius Abbatiae nullius diocesis, non potest ibi concursum facere, sed debet concursum convocare in sua diocesi: ead. Sac. Congr. Greg. in Celsonen. 27. Septembris 1602. Potest tamen Episcopus in quocumque loco existat, etiamsi sit extra locum examinis, & etiam absentibus examinatoribus, eligere magis idoneum, cum ad ipsum solum id spectet sive examinatoribus; Garzias de benef. part. 9. cap. 2. n. 50. Massobrius in sua praxi requisit. 5. num. 20. Barbosa de offic. & potest. paroch. dict. cap. 2. part. 1. numer. 93.

& cum aliis Cardin. de Luc. de paroch. dist. 1. num. 200. Monacell. tom. 1. tit. 4. formul. 16. num. 2.

29 Examen concurrentium debet fieri ab Episcopo, vel eo impedito ab ejus Vicario, & aliis examinatorebus synodaliibus non paucioribus quam tribus; textu expresso in Concilio Tridentino dist. sect. 24. cap. 17. ibi: Examinentur ab Episcopo vel eo impedito, ab ejus Vicario generali, & ab aliis examinatorebus non paucioribus quam tribus. In concursu possunt adhiberi plusquam tres examinatores synodales, sed non pauciores; sic decum fuisse a Sac. Congr. Conc. referunt Garzias de benef. part. 5. cap. 9. n. 52. Barbosa ad Trid. dist. sect. 24. cap. 18. n. 80.

31 & de offic. & potest. parochi parit. 1. cap. 2. n. 52. Examinatores ad minus sex debent eligi quotannis in synodo diocesana, textu expresso in Trident. sess. 24. cap. 18. ibi: Examinatores autem singulis annis in diocesana synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Examinatores synodales in synodo ad summum viginti eligi posse, tenet Aldan. in compend. canon. resol. 3. tit. 9. n. 29. & Barbosa ad Trident. loc. cit. n. 85. attestantes ita fuisse decum a Sac. Congr. Conc. in CasarAugustana 13. Martii 1623. Examinatores electi in synodo perdurant usque ad novam synodum, licet quolibet anno non celebretur; Sac. Congr. Conc. in una Imolen. 10. Decembris 1695. Si examinatores ante celebrationem alterius synodi moriantur, vel in longinqua recedant, sive omnes, sive tot, ut non remaneant tres, Episcopus cum approbatione capituli subrogabit alios aequae idoneos, dummodo semper utatur existentibus; sic pluries censuit Sac. Congr. & signanter in una CasarAugustana 13. Martii 1623. & in alia Monopolit. 13. Julii 1630. & tenuit Rota in Panormitana archiepiscopatus 3. Decembris 1618. coram Buratto, & in eadem 5. Julii 1620. cor. eod. inter ejus impressa decis. 479. num. 2. ubi habetur Clement. VIII. speciali indulto concessisse Episcopis facultatem deputandi examinatores extra synodum, deficientibus, vel impeditis synodalibus, dummodo infra annum a synodo celebrata, & decrevisse, quod statim lapsa anno talis facultas, & eorum auctoritas expiret, ut refert Barb. ad Trident. dist. sect. 24. c. 18. n. 93. & de offic. & potest. parochi loc. cit. n. 59. & in Collect. Bullar. verb. Examinatores synodales n. 11. Garzias dist. part. de benef. cap. 4. n. 73. Hodie tamen occurrente casu, peti solet facultas a Sac. Congr. Episc. vel Conc. quae subrogationem indulgere solet ad sex menses, & aliquando usque ad proximam futuram synodum, dummodo casu vacationis occurrente, semper utatur existentibus. Ita testatur Nicolaus in Florentis, verb. Examen sub num. 1.

36 Examinatores necessario eligi debent, qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Jure canonico, si extent, alioquin alii Clerici sunt eligendi, quia ad id videbuntur magis idonei, textu expresso in Trident. loc. cit. ibi: "Sint vero hi examinatores, magistri, seu doctores, aut licentiati in Theologia, aut Jure canonico, vel alii Clerici, seu Regulares etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id magis videbuntur idonei." Unde Sacra Congr. Conc. in una Senonens. sub die 19. Februarii 1628. censuit: "Episcopum non posse eligere Examinatores synodales, qui non sunt Doctores, seu Magistri, aut Licentiati in Theologia, aut Jure canonico, si extent; alioquin alios Clericos esse eligendos, qui ad id magis idonei videbantur." Et postea in una Turritana sub die 10. Martii 1629. censuit: "Praedictos Examinatores synodales non posse eligi Clericos seculares, aut Regulares, qui dictis gradibus non sint insigniti, nisi nulli viri qualitatis superius expresse non extent, quo casu sunt eligendi, qui ad minus exercendum magis idonei videbuntur, eorumque vota aequalis valoris, & efficaciae erunt, sicut aliorum." Et cum quaesitum fuisset: An Examinatores, tam ex capitulo, quam ex Clero deputati in synodo, qui non sunt Doctores, debeant de novo deputari ex dispositione Sac. Congr. Trid. Sac. Congr. Conc. in una Fulginatens. 18. Novembris 1645. ad cap. 18. sess. 24. de reform. censuit electionem sustineri 40 tanquam de magis idoneis. Tales electi Examinatores

debent ad sacra Dei evangelia jurare se fideliter munus suum executores; textu expresso in Trident. loc. cit. ibi: "Jurentque omnes ad sancta Dei evangelia se quocumque humana affectione postposita, fideliter munus executores." Hoc juramentum est de forma substantiali, eoque deficiente Examinatores non dicuntur legitimi, & concursus factus coram eis ante praestitum juramentum, est nullus; Sac. Congr. Conc. in una Bisignanen. sub die 2. Decembris 1628. ubi censuit: "Concursus factus non praestito juramento ab Examinatoribus synodalibus fuisse nullus, sed ex gratia convalidandus, facto verbo cum Sanctissimo, qui confirmavit, & convalidavit." Ut refert Barb. de offic. & potest. paroch. loc. c. n. 78. & ad Concil. Trident. loc. cit. num. 105. & Collectan. desc. ap. verb. Concursus num. 18. & tenent communiter Doctores. Sufficit tamen ad validitatem concursus, quod hoc juramentum sit semel praestitum, sive in synodo, sive extra synodum, ut communiter tradunt Garzias de benef. part. 9. cap. 2. num. 359. Loter. de re beneficiar. lib. 2. quaest. 32. num. 94. Pax Jord. tom. 3. lib. 10. tit. 8. num. 133. Card. de Luc. de paroch. dist. 3. num. 6. Gavant. in praxi synodi, cap. 31. num. 8. Pignatell. tit. 1. consuls. 13. Monacell. tom. 2. tit. 6. form. 7. num. 3. & alii passim. Et desumitur ex ipso Trident. loc. cit. quia cum illis Concilium concordat, & posse in Examinatores eligi etiam Regulares, qui non interveniunt in synodo, manifeste colligitur, & quod extra synodum possint hujusmodi juramentum praestare, & fuit expresse a Rota decum in una Fanen. parochialis 28. Junii 1596. coram Cordaba. Examinatores in concursu tenentur Judices esse non tantum doctrine, sed & ceterarum dotium, quae necessariae sunt ad parochiale officium. Bened. XIV. in constit. 68. tom. 1. incip. Cum illud: Concursus est nullus, in quo cum Examinatoribus synodalibus alius intervenit, qui non erat de synodalibus, isque examinavit, Sac. Congr. Conc. in Messan. 9. Septembris 1628. & 15. Decembris 1629. Rota in Bassanensi parochialis 18. Februarii 1628. cor. Cardin. Virili, & in Nicinens. parochialis 25. Junii 1629. cor. eod. & sic tenet Fagnan. in cap. Cum sit ars, de arate, & qualitate num. 55. ubi refert, quod Sac. Congr. consulta ab Episcopo cartaginensi, an concursus, & examen pro parochialibus providendis factum a tribus, vel quatuor Examinatoribus synodalibus una cum aliis tribus, vel quatuor, ab Ordinario tamen deputatis, sit contra formam Tridentini Concilii, & provisiones parochialium sic ab eo Ordinario factae sint nullae, & Sedi apostolicae reservatae? Respondit esse contra formam a Tridentino Concilio praescriptam, nulliusque esse momenti, & collationem ad Sedem apostolicam vigore constitutionis S. Pii V. esse devolutam. Si vero cum Examinatoribus synodalibus intersit aliquis, qui non sit Examinator synodalis, isque post examen interroget tantum honoris causa, nec det votum, nec se subscribat, concursus est validus. Talis enim concursus est habitus iuxta formam Concilii in substantialibus observata, & factus ex solo Examinatorum synodaliu examine, & voto; & mutatio circa non substantialia non inducat mutationem formae; Rota recentior. part. 2. decis. 26. n. 3. Non enim prohibet Concilium, quin alii materialiter intersint concursui, ac proinde censetur permittere; arg. text. in leg. Neoen, quod eis ff. ex quibus caus. major. & ita expresse declaravit Sac. Congr. Conc. die 2. Septembris 1634. nempe Sac. Congr. censuit: Concursus esse nullum, quando Examinator non synodalis suffragium suum dat cum aliis synodalibus; secus si tantum interroget, & alii suffragia ferant in numero debito. Concursus est nullus ubi fuerint adhibiti Examinatores deputati in synodis praecedentibus, quatenus tamen praedicti Examinatores in synodo posteriori non fuerint confirmati; Sac. Congr. Conc. in Neapolit. 13. Julii 1630. Examen factum sine Examinatoribus synodalibus in collatione parochialium Jurispatronatus ecclesiastici, seu laicalis, vel mixti, quando plures praesentantur, est nullum, Sacra Congregatio Concilii in Vindellan. 21. Martii 1643.

Episc.

47 Episcopus non habet votum decisivum in concursu, seu tantum accedit ubi vota sunt paria, aut singularia. Concilium Tridentinum loc. cit. ibi: Quorum votes, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Approbatus autem nemo censetur, si ex tribus Examinatoribus quilibet eorum unum approbaverit, & alii duo approbatum ab altero reprobaverint, licet Episcopus uni accedat.

49 Idem dicendum quando sunt quinque Examinatores, & quilibet eorum approbat unum ex examinatis, & ceteri quatuor reprobant approbatum ab altero, tunc enim nemo approbatus censetur, licet Episcopus uni accedat.

50 Idem etiam dicendum, si unus tantum compareat ad examinandum coram tribus Examinatoribus, uno illorum approbante, & aliis duobus reprobantibus, quia illi non potest accedere Episcopus, & talis examinatus dicitur reprobatus; ita decum fuisse a Sac. Congr. Conc. referunt Garzias de benef. part. 9. cap. 2. num. 60. Non spectat ad Examinatores, sed ad Episcopum solum judicare, & eligere qui ex concurrentibus parochiam vacantem sit magis idoneus. Sic decum fuisse a Sac. Congr. Conc. referunt Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Parochia §. 2. Garzias dist. cap. 2. n. 105. Barbosa de offic. & potest. parochi loc. cit. n. 90. ad Trident. loc. cit. num. 121. & alii.

¶ Non est hic omittendum Episcopi Novariensis Josephi Mariae Maraviglia documentum, qui in aereo suo tractatu de legibus Prudentiae episcopalis, leg. 87. haec habet: Episcopalis prudentiae praxis, & consuetudo ea est, ut Clericus ille velit aptior ad beneficium obtinendum, & ad exercendam animarum curam approbetur, qui ex majori synodaliu examinationum parte magis reputatur idoneus; Mos iste instituitur, sive probandi per concursus, fere apud omnes Episcopos inolevit; quo tamen doctrinae, vel rationis fundamentum id sit institutum, nemini haecenus satis deprehensum est. Neque praxis ejusmodi sola consuetudine firmata est, cum ex cap. de consuetud. ex cap. Clericus de iudicis, & ex cap. De sacrosancta ecclesia, non omnis consuetudo faciat doctrinam probabilem amplectendam, doctrina namque probabilis fit talis potius ratione, quam auctoritate, aut consuetudine, ut optime Breve exercit. 1. Pasqualig. dec. 2. & alii quamplures. Cum igitur episcopalis prudentiae munus id unum sit, ut semper rationalibus operetur, & possit Episcopus plerumque rationalibus agere adhaerendum probabiliori unius examinatiois iudicio, quam minus probabili plurium sententiae, & voto, hinc sequitur apertissime in Episcopi arbitrio positam esse, idque tutissima conscientia, illius concurrentis electionem ad beneficium, cui etiam major auctoritatum numerus suis renuat votis; favente huc doctrinae Jure civili, & canonico in leg. §. Neque cap. de veter. Jure enuclean. ubi habetur: Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius, & aequius est judicari debet, cum possit unius forsitan sententia, & multos, & majores aliqua in parte superare; & ex cap. Capellanus de foris habetur, Summum Pontificem ex duabus propositis opinionibus, magis singularem elegeris, ex eo quod meliori, & probabiliori inniteretur ratione. Quae prudentiae regula servari poterit ab Episcopo etiam in aliis publicis consulentiis Quibusvis congressibus ad id genus aliis institutis, in quibus unius opinio, dummodo sit optima ratione munita, poterit communiori praerteri; omnis enim opinio habet probabilitem a ratione, quae dicitur probabilitas intrinseca, nimirum ex principio intrinseco, ad differentiam probabilitatis extrinsecae, quam facit opinantium auctoritas. Cum itaque possit esse melior ratio in uno, quam in pluribus, & ideo etiam probabilitas major, sic poterit ab Episcopo unius tantum opinio eligi, & probari in quocumque eventu, relicta multorum opinione contraria.

¶ Reiectus autem in concursu parochialis potest provocare ad novum examen coram Judice appellationis, etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Episcopi; Sacra Congr. Conc. in Urbinate. sub die 9. Septembris 1628.

53 Atque ita intelligendum esse constitutionem S. Pii V. alias dixit ead. Sac. Congr. in una Monis Regalis 2. Augusti 1607. Et sic pariter fuit declaratum, quod novus

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. II.

conkursus dandus sit in urbe, ubi fuit appellatum a mala Episcopi electione, & ad eandem urbem pro novo concursu vocandus sit praelectus ab Episcopo; ead. Sac. Congr. Conc. in Reatina 16. Martii 1630 & in Pisana 17. Junii ejusdem anni 1630. Immo quia in casu illius decisionis Sac. Congr. praelectus noluit accedere; ead. Sac. Congr. sub die 17. Augusti ejusdem anni 1630. mandavit significare D. Datario, ut expediret bullas ad favorem appellantis, amoto a beneficio desentore. Dato quod examen omnium concurrentium una die fieri non possit, poterit in alia continuari. Si vero suspicio aliqua sit, quod examinandi secunda die, veniant in cognitionem interrogationum examinis praecedentis, nova tunc poterunt fieri interrogatoria, ut censuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. sub die 15. Julii 1591. Nunc tamen servanda est novissima dispositio Clementis XI. & Bened. XIV. adducta supra ante art. 1. n. 4. & 5. Canonice Penitentiarum, & Canonice Theologiae, debet conferri per concursum ex novissima dispositione Bened. XIII. in constit. incip. Pastoralis (Vide lit. C pag. 51. in addit. hisp. & pag. 55. ubi praedictam constitutionem invenies).

In concursu ad parochialem, si collatio pertinet ad Episcopum, iudicium de digniori ex approbatis ab examinatorebus, pertinet ad illum; si vero beneficium sit patronatus ecclesiastici, tunc praetio ad patronatum spectat. Si patronatus sit laicus ab examinatorebus deputatis approbandum, sed sine concursu, patronus debet eligere. Si tamen in patronatu laicali plures sint patroni, & singulis suus praesentetur, ita ut singuli non habeant jus praetio, tunc concursus instituendus est, & ad Episcopum pertinet praelectio inter approbatos, ut ex decreto Sac. Congr. apud Barb. Bened. XIV. de synod. dioces. lib. 4. cap. 8. §. 8. & 9.

Conkursus habendi pro collatione parochialium leges praescribuntur a Bened. XIV. tom. 1. constit. 68. cap. Cum illud. Vide supra ante art. 1. ubi sub num. 5. traditur summarie dispositio dictae const.

Quoad parochiales, & beneficia quae conferri debent per concursum, vel non. Vide verb. Beneficium &c. artic. 3. a num. 31. ad num. 56.

¶ Terminus ille decem dierum, & ad summum viginti dierum, qui prorogari ab Episcopo regulariter nequit, non est pro perfectione concursus, sed pro convocacione eorum, qui concurrere volunt, ut monet Barbosa ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. num. 58. de reform. Ventrigl. in praxi for. eccles. part. 2. adnotat. 5. §. 1. num. 15. Loter. de re benefici. lib. 2. quaest. 31. numer. 48. & sequent. Quo fit, ut elapso etiam termino illo liberum Episcopo sit differre concursum usque ad ultimam diem semestris, si vacatio contigerit in suo mense, & pariter usque ad ultimam diem quatuorimestris, si evenerit in mense reservato; ut praeter mos allegatos firmant Massobr. in praxi habend. concurs. requisit. 5. dubit. 10. num. 1. Fagnan. de Jure patronat. part. 5. canon. 10. cas. 1. num. 30.

Quod si Episcopus in edicto pro convocacione nullam habuit mentionem de die, quo concursus convocandus esset, debet omnibus, qui in albo concurrentium se descriperunt, notificare diem & hunc, & quidem non per novum edictum, sed per citationem personalem, idque quia ubi certus est oppositor, citandus est personaliter, & non per edicta, ut tradunt Ventrigl. in praxi for. eccles. tom. 2. adnot. 5. §. 1. n. 17. Leuren. for. benef. part. 1. cap. 3. §. 3. quaest. 180. in fin.

Hh

CON.